PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 110v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



In superioribus Egipti partibus in de-
serto quodam ab hominibus propter uite in-
commoda inhabitabili quidam de-
gebat monachus. helias nomine an-
tiquissimus et magne uite sanctitate ra-
dians qui in uita beatissimi hieronymi
eidem familiarissimus valde fuit. Quem
idem beatissimus hieronymus habuisse pro-
phecie spiritum pluries enarrauit. Hic die
quodam ut plures mihi testificantur
monachi uite uenerabiles fideque digni
qui se dixerunt ab eiusdem sancti uiri ore
multociens peraudisse solitis incum-
bens orationibus. somno repentino adueni-
ente aliquantulum obdormiuit Et ecce
in uisione quoquidem modo multociens
deus omnipotens grandia et occulta suis fi-
delibus reserat sacramenta In quodam
pallacio mire pulchritudinis ineffa-
bilis et a mortalibus numquam uise ut sibi vi-
debatur erat. Cum per horam per palacium
illud huc illucque gradiens eius admira-
retur pulchritudinem uehementem. uidit
quoddam preparari tribunal a quibusdam
nimie pulchritudinis iuuenibus stra-
tis capitibus et uestibus auro et gemmis
ac multa artificii varietate decoratis
circumquaque pariete inuoluto. In quo